

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

an revelans crimen in uno loco publicum, in altero ubi est occultum. n.  
557.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

CONFERTIA. CXV.

**V**NDECIRUS propalar crimen grave occul- 556  
tum defuncti : an id etiam sit peccatum  
mortale contra justitiam, cum onere restitutio-  
nis ?

**P.** Cum Com. Affirmativè: Ratiō est : Quia  
defunctus corpore , fama manet quodammodo  
vivus in hominum memoria & existimatione  
adeoque possessionem bonae famae suæ retinet ;  
ergo si illum ea injustè spolies, damnum infer-  
re censeris, adeoque obligaberis compensare.

CONFERTIA. CXVI.

**D**UODECIMUS narrat Coloniæ, Agatham  
publica pœnitentia virgis cæsam Augustæ:  
an licite ? Ratio dubitandi est , quia licet id  
publicum sit Augustæ, ignoratur tamen Coloniæ

**P.** Licitè. Ratio est : quia Agatha infama-  
ta fuit Augustæ in pœnam delicti justa Judicis  
sententia ut supponitur : Ergo amisit jus sua  
famæ , non solum in loco , quo sententia con-  
tra ipsam lata est , sed & in quovis alio ? Cum  
potestas publica jus habuerit privandi eam sua  
famam pro omni loco , non minus quam omnibus ,  
vel ipsam vita . Ad hunc enim finem judicia  
communiter talibus diebus publicantur , qui-  
bus non solum domestici & cives , sed etiam  
extranei convenire soleat , ut judicatus ubique  
pro infami habeatur. Unde hujusmodi senten-  
tiæ & personæ passim in novalibus per omnia  
loca prescribuntur , nec ob id culpantur Au-  
thores.

Z 2

CONF